ſupereſt adhuc unum exemplar, quod D. Eſpichium Medicum expectat. Dedicationis Braheanorum undecim exemplaria ab Hebenſtreitto noſtro recte accepi, & dedi quibus oportuit. De trium illorum exemplarium, quæ dixi, precio, ſex ſcil. imperialibus, ſcripſi non ita pridem ad filiam in Durlacenſi Gynæceo, monuiq; , per quem eos mittere vellet, oſtenderet: Sed nihildum accepi reſponſi. Filius 12. imperiales accepit ipſe. Nam de Schickarto prius ſignificatum oportuit. D. Lingelshemius (à quo ſalve plurimum) & ego ſcire cupimus, an adhuc animus ſit, Merganiæ Phaethontis illius te currui vehendum committere: Si facis, utut intuitu primo minus probabile factum videatur, nec fortunam tamen accuſabimus, nec prudentiam tuam: ut qui ſciamus, & cœlum

tibi